Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



dyabolum tuorum subinsinuari non renuas. Saluator mundi.
Qui uiuis et regnas de p. s. Cum fratres exeunt contra aliquem defunctum tunc cantetur. ℟. Subuenite. ℣. Suscipiat eum. Kyrie. Kyrie. Kyrie. Pater noster. Et ne nos. Credo. Et dominus. Oremus. Deus cui omnes. Tibi domine commendamus animam famuli tui ut
℣. Vobis domine
defunctus seculo tibi uiuat et que per fragilitatem humane conuersationis peccauit tua uenia misericordissime pietatis abstersa. Per dominum nostrum. Requiescat in pace. Amen. ℟. Libera me domine. Quo incepto deferatur ad ecclesiam. Cum autem corpus in ecclesia fuerit dicat sacerdos. Per omnia. Et ne nos. Aperta in fine. Dominus uobiscum. Oremus. Commendamus tibi domine animam. Qui uiuis et regnas per omnia. Requiescat in pace. Amen. Finita missa sacerdos dicat hanc orationem.
Non intres in iudicium cum seruo tuo domine quia nullus apparebit iustificabitur homo nisi per eum peccatorum tribuat remissio. Non ergo eum domine quesumus tua iudicialis sententia premat quem tibi uera supplicatio fidei christiane commendat. Hanc animam illi succurrentem miseratus euadere iudicium ultionis qui dum adiuueret insignitus est signaculo sancte trinitatis. Per eum qui uenturus est in spiritu sancto iudicare uiuos et mortuos et seculum per ignem. Amen. ℟. Subuenite sancti. ℣. Suscipiat eam. Offertorium. Deus animarum et uiuorum et cui non pereunt corpora mundi sed mutantur in melius te supplices deprecamur ut quicquid anima famuli tui uiuorum tuique voluntate contractum fallente diabolo et prima iniquitate atque fragilitate contraxit tu pius et misericors abluas indulgendo eamque suscipi iubeas per manus sanctorum archangelorum tuorum deducendam in sinu patriarcharum